

Rome, 21 nov. 1615. Bellarmin au P. Maturin Célestin.

R/do Patri Fr.Maturino Congregationis Caelestinorum Ord.S.Benedicti. Avenionem.

Reverende Pater.

Legi prolixas litteras vestras quibus narrantur ea quae mihi nota erant ex litteris Ill^m/mi Nuntii ad Regem christianissimum, et multorum Caelestinorum. Sed brevi res tota finietur, si voluerint Caelestini parere sententiae trium judicum, quibus Summus Pontifex totam istam causam commisit. Quod si noluerint et osiores reformationis rebelles fuerint: nos tamen in duobus monasteriis quae sunt in Comitatu Avenionensi reformationem conservabimus, totis viribus nostris. Valeat R/a V/ra cum amatoribus reformationis et speret in Domino qui non derelinquit confidentes in se.

Romae die 21 Novembris 1615.

R.V. uti frater

Robertus Card/lis Bellarminus.

Paris.Bibl.Nat. fonds franç.15794. f.103. copie